

est appensum Datum lundis anno domini M CCC XL primo. In profesto beatorum nereii et achillei martirum.

Öfverskrift: Institutio altaris domini holmgeri prepositi lundensis fabricae commissa cuius anniuersarius tenebitur cum quinque marchis.

3566.

1341 d. 11 Maj.

Lund.

Ärkebiskop PETER i Lund stadfästas Domprosten Holmger Peterssons i nästföregående bref gjorda gåfva och öfriga anordningar.

Registr. Ecl. Lundens. perg. pag. 171.

Vniuersis presentes litteras visuris vel auditoris Petrus. miseracione diuina lundensis archiepiscopus suecie primas Salutem in omnium saluatore Notum facimus vniuersis. quod sub anno domini M CCC XL primo in profesto beatorum nereii et achillei martirum videlicet vndecima die mensis maii. In presencia nostra. capituli nostri et multorum aliorum fidedignorum clericorum et laicorum. in choro nostre lundensis ecclesie. apud summum altare. constitutus vir discretus dominus holmgerus petri. dicte lundensis ecclesie prepositus. in ipso altari realiter scotauit et canonicè assignauit fabricae dicte lundensis ecclesie omnia bona sua in hortathorp et wijkøgesthorp sita in harthakerhæret. mobilia et immobilia. cum agris pratis. pascuis. estimacionibus et pertinenciis suis quibuscumque jure perpetuo possidenda. condicionem tamen et modo qui sequuntur obseruatis videlicet quod procuratores predicte fabricae qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint eidem domino holmgero singulis annis quoad vixerit. lundis XII oras annone de redditibus ecclesie infra festum natalis domini exsoluere teneantur Item. procuratores predicti. ad altare in dicta lundensi ecclesia ad partem australem per eundem prepositum ad honorem dei patris omnipotentis. matris eius virginis marie et beate margarete constructum. idoneum presbiterum instituant qui singulis diebus. dicto preposito viuento ad dictum altare. hoc modo et ordine missam celebrabit. Primo qualibet die sabbati. de domina nostra sancta maria virgine. diebus dominicis. de sancta et indiuidua trinitate fferia secunda de sancto laurencio. fferia tertia de sancta margareta. fferia quarta pro animabus parentum propinquorum et omnium benefactorum ipsius prepositi fferia quinta de beato andrea apostolo. sancto nicolao episcopo. et de sancta katerina. vicibus alternatis fferia sexta. pro animabus omnium fidelium defunctorum In sollempnitatibus vero ita obseruetur. quod quacumque die sollempnitas euenerit. de ipsa sollempnitate missam dicat. Ipso vero mortuo. idem fere modus et ordo in dicendis missis habeatur nisi hoc solum mutato. quod vbi nunc ipso viuento missa de beato

laurencio dicitur. tunc scilicet post mortem ipsius. pro anima sua dictus sacerdos qualibet secunda feria missam sit dicturus Sacerdoti vero dictum altare officianti. singulis annis exnunc. XII marche denariorum scaniensium pro suis laboribus de bonis ipsius fabrice persolentur Ceterum. si ipsum altare. indumentis seu eciam aliis ornamentis necessariis propter vetustatem eorum que iam sunt vel aliam iustam causam processu temporis indiguerit. hoc de bonis ipsius ecclesie procuratores eiusdem prouidebunt Ad tenendum eciam anniuersarium ipsius prepositi singulis annis post mortem suam in lundensi ecclesia de bonis ipsius fabrice. quinque marche denariorum scaniensium deputentur hoc modo diuidende. Primo. canonicis qui misse et vigiliis in choro lundensis ecclesie die anniuersarii sui personaliter interfuerint dentur XII ore denariorum Vicariis marcha denariorum Celebrantibus missas ad omnia altaria in lundensi ecclesia. eodem die. vna marcha denariorum. pauperibus scolaribus dimidia marcha denariorum Aliis pauperibus dimidia marcha denariorum et pulsantibus in turri dimidia marcha denariorum Nos vero predictas scotaciones. hinc inde factas necnon et ordinaciones tam in missis dicendis quam in aliis quibuscumque ratas habere volentes. tenore presencium confirmamus In cuius rei testimonium. sigillum nostrum et sigillum capituli nostri dilecti vna cum sigillis dicti domini prepositi et domini stigoti pethersson fratris sui presentibus sunt appensa. Datum anno die et loco supradictis.

3567.

1341 d. 21 Maj.

Avignon.

Påfven BENEDICTUS XII uppdrager åt Domprosten i Upsala Lars Paulsson att såsom Administrator taga vården om Linköpings stift, som genom Biskop Carls död blifvit ledigt, och dess inkomster, hvar öfver räkenskap skall afgifvas.

Fredenheims afskr. ur påfl. Arch. 2: 97. *)

Benedictus [Episcopus seruus seruorum Dei] Dilecto filio Laurentio Pauli Preposito Ecclesie Vpsalensis Administratori in Spiritualibus, et temporalibus Ecclesie Lincopensis. Salutem &c. Ecclesiarum omnium Nobis licet immeritis cura commissa curis continuis Nos angit, et pulsat insultibus successiuis, ut circa eas, et illas precipue, que suis sunt pastoribus destitute, sic nostre diligentie studio intendamus, quod eedem Ecclesie pro defectu Pastoris non ledantur, sed in suis iuribus, et libertatibus spiritualiter, et temporaliter auctore Domino preseruentur. Dudum siquidem bone memorie Carolo Epi-

*) Ex Registro Litterar. Apostolicarum Benedicti P. P. XII. A. VII. Ep. 316.